



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1925**

II. S. Aidi Vita Secunda

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

*Aidi virtutes.*  
II, 45.

51. Nullus autem<sup>1</sup> narrare poterit (1) sancti Aidi caritatem, humilitatem, patientiam, modestiam, lenitatem, ieiunium, abstinenciam et sedulitatem orationis die ac nocte, et cetera bona. Omnia enim mandata Christi implevit.

*Peccatorem secum morientem in caelum deducit.*  
II, 46; III, 36.

52. Promisit autem<sup>1</sup> sanctus Aidus cuidam ex fratribus comitare secum ad celum. Hora itaque exitus sui dixit ei Aidus: «Para te ut mecum pergas viam celestem.» Ipso autem nolente, aliquis rusticus adveniens ait sancto: «Utinam michi diceres comitari!» Cui Aidus dixit: «Si vis, lava te (2), et pone te in lectulo

hoc mecum.» Et cum hoc fecisset, obiit cum sancto simul (3). Hoc utique sanctus Columba Kyle in insula Ye videns (4) dixit: «Firmum est opus, quod nunc facit episcopus Aidus<sup>2</sup>. Ecce peccatorem et <non> merentem (5) ducit secum in celum et sine ulla vi demonum resistente.» Sanctus vero Aidus post Christum cum suo latrone inter choros angelorum suavia carmina canentium hodie (6) ad celum migravit; ubi sine merore in eternum gaudebit, regnante domino nostro Iesu Christo cum Patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

VITA I

Cf. Luc.  
23, 43.

51. —<sup>1</sup> in marg. inf. De eius virtut <ibus>.  
52. —<sup>1</sup> in marg. inf. Quomodo latronem secum

duxit in celum. —<sup>2</sup> aiaidus cod.

(1) Hunc communem esse locum, vix operae pretium est advertere; in Vita III omittitur. — (2) Paulo minus crude: «Prepara te», Vita III. — (3) Die 10 novembris anni 589. Cf. Comm. praev. num. 7-10. — (4) Cf. Comm. praev. num. 1. — (5) «Penas merentem», Vita II; «non merentem», Vita III. Cf. narratiunculam e Vita S. Ruadani quam in Comm. praev. edidimus, num. 14. Haec ad amussim reducere conatur COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 423, col. 2, annot. 30. Eandem hanc fabulam

in ingentem illam Vitam gadelicam S. Columbae, quam anno 1632 congressit, recepit Manus HUIA DOMHNAILL (Manus O'DONNELL), ed. A. O'KELLEHER and G. SCHOEPFERLE, *Betha Colaim Chille. Life of Columcille* (Urbana, 1918), num. 248, pp. 250, 252; iam in latina interpretatione pridem prodierat ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 417, cap. 45. — (6) «Quarto idus novembris», Vita III. Sed et I et II Vitam in natali S. Aidi praelegendam fuisse clarum est. Cf. Comm. praev. num. 10.

E

## II. S. AIDI VITA SECUNDA

E codicibus Oxoniensibus Rawlinson B. 485 (= R 1) et 505 (= R 2). Cf. Comm. praev. num. 3.

Incipit Vita sancti Aidi episcopi, qui dicitur Aedh mac Bric<sup>1</sup> (1).

*Aidi genus.*  
I, 1; III, 1.

1. Sanctus episcopus Aidus, qui vocatur filius Bricii<sup>1</sup>, de Nepotibus Neyll<sup>2</sup> oriundus fuit. Huius vero mater de Museraigi Tyri in Momonia originem duxit. Hec cum esset pregnans vicinaque partui in domo sua manens, de ea quidam astrorum peritus ait (cum enim esset in itinere et domui eius apinquaret), qui<sup>3</sup> prophetando ad suos socios dixit: «In domo hac est mulier partui vicina, que si hora matutinali crastina die<sup>4</sup> pareret, partus suus coram Deo celi et hominibus magnus esset.» Audiens hec verba quedam puella, illius mulieris specialis amica, omnia retulit pregnantis. Que respondit dicens: «Nisi anima mea de corpore exierit<sup>5</sup>, usque ad tempus illud non egredietur de utero meo partus.» Surrexit igitur mulier seditque super unam petram, ut sic tardaretur partus. <Cum autem> egredi conaretur infans, quandam concavitatem fecit caput eius in lapide. Aqua vero<sup>7</sup> que post pluviam manet in illa concavitate languores varios consuevit sanare.

*Prodigia in eius natalitate.*

Cf. Luc.  
1, 15.

*Adulescens obvios habet*

2. Hic in domo matris sue nutritus ac juvenis factus, cum gregem porcorum sibi deputatum<sup>1</sup>

in silvis quereret, ad locum in quo sanctus Brandanus Birra et sanctus Kynnecus<sup>2</sup> erant devenit. Quem<sup>3</sup> ut Brandanus vidit venientem, obviam ei surrexit et cum gaudio eum suscepit. Kynnecus autem Brandanum increpabat, quod tali juveni tantum honorem exhibebat. Cui Brandanus respondit: «Quare ei non assurgerem, in cuius comitatu exercitum angelorum vidi?» Puer autem de porcis sollicitus ait ad sanctos: «Numquid vidistis gregem porcorum in istis locis?» Respondit ei Brandanus dicens: «Vade illuc, et ibi invenies gregem quem queris.» Et sicut vir Dei dixerat, ita factum est.

*Brendanum Birrensem et Cainnechum.*  
I, 2; III, 1-2.

F

3. Hic puer mundanis vanitatibus inter mundanos imbutus nullis<sup>1</sup> literis erat edoctus, nullis ecclesiasticis regulis informatus, usque ad tempus adolescentie sue<sup>2</sup>. Adulescens igitur factus, ad patriam suam perrexit, ut hereditatem suam de manibus suorum fratrum haberet. Qui contempnentes eum nil ei dederunt. Quod ipse indignanter sciens, quandam puellam ab eis secum rapiens abiit; putabat enim quod per hanc iniuriam fratres cicius ei de hereditate satisfacerent. Reversus vero cum puella rapta et ceteris comitibus suis, venit secus cellam sancti Illandi episcopi. Hic vir sanctus, videns sanctos

*Eius educatio.*  
I, 3; III, 3.

*Hereditatem paternam obtinere nititur;*

**Lemma.** —<sup>1</sup> Aodh mac Bric meic Cormaic meic Crimthaind meic Fiachach meic Neill Naoighiallaicch add. R 2 alia man.

1. —<sup>1</sup> Bricii R 2. —<sup>2</sup> Neyll R 2. —<sup>3</sup> quasi R 2. —<sup>4</sup> diei R 1. —<sup>5</sup> exigerit R 2. —<sup>6</sup> (c. a.)

om. codd. —<sup>7</sup> illa R 2.

2. —<sup>1</sup> ante corr. deputatus R 1. —<sup>2</sup> Kynnecus R 2. —<sup>3</sup> ante corr. que R 1.

3. —<sup>1</sup> in illis R 2. —<sup>2</sup> fuit codd.

(1) Haec Vita Vitam I sic vestigiis sequitur, ut quae ad illam annotavimus in hac iteranda non

sint; satis fuerit in margine indicare quis cuique locus respondeat.

angelos

VITA II  
sed  
suadente  
Illundo,  
dibitiis  
renuntians

angelos in comitatu iuvenis, ait ministro suo: «Vade et dic illi iuveni qui est in itinere, ut ad nos declinet paulisper. Habeo enim cum eo loqui.» Cumque hec illi minister diceret, ad episcopum humiliter ipse pervenit. Qui dixit illi: «Quid queris, fili, hereditatem paternam in terris? Ecce habes patrem cui<sup>3</sup> est celum et terra hereditas, qui dabit tibi hereditatem incorporalem in celo pro dimissione corporalis in terris. Noli ergo cum iniuria querere hanc terrenam hereditatem, ne perdas celestem. Sed et hanc puellam dimitte liberam ad domum suam ire.» Respondens autem iuvenis ad hec senis verba, ait: «Quecumque dixeris mihi, pater, paratus sum facere.» Remisit ergo puellam ad suos, et mansit ipse cum viro Dei, iussionibus eius per omnia obsequendo.

et ex  
oboedientia  
arandi  
opus  
suscipit.  
I, 4-7; III, 4.

4. Quodam quoque tempore ait ad iuvenem senior: «Fili mi, numquid potes terram arare et manum super aratrum ponere?» Qui respondens ait: «Pater mi, omni imperio tuo possum obedire.» Perrexit ergo ad arandum, et per meritum sancte oboedientie factus est peritus ac perfectus in arte arandi. Die vero quadam venit ad eum de vicinis quidam terre colonus, petens bovem unum, quem in aratro suo defuisse nuntiabat. Tunc iuvenis Aydus homini compaciens dixit puero boves in aratro gubernanti, ut gressum sisteret, quo usque ipse petitioni hominis satisfaceret. Solvit itaque unum a iugo bovem deditque petenti. Ipse vero in tribus arabat bovis; nam ipsa caritas, pro cuius honore bovem dedit, loco bovis arabat. Omnia enim suffert, omnia sustinet. Quodam alio tempore accessit ad eum quidam; conquestus est eo quod ferrum, quod culturum<sup>1</sup> vocamus, in aratro suo non haberet. Aydus vero, pro amore illius<sup>2</sup> qui dixit: «Omni petenti<sup>3</sup> te, tribue», ferrum aratri sui homini dedit. Et ipse sine ferro, divina operante virtute, sicut ante terram arabat. Sanctus vero Yllandus, videns hec prelude sanctitatis in adolescente in operibus humilitatis occupato<sup>4</sup>, accersivit eum, dicens ei: «O fili, quid est quod tot et tanta miracula immaturo adhuc in tempore fecisti? Videris enim ad culmen virtutum ascendere, quando necdum opus perfectum cepisti. Vade ergo in pace ad terram nativitatis tue<sup>5</sup>, ibique cellam tibi construe, quia non convenit ut de cetero sub manu hominis, sed Dei in te operantis, vivas.»

itemque  
vomeris.

Luc. 6, 30.

Auctore  
S. Illundo  
ab eo  
secedit

sibique monasterium condit.

Pacem  
a rege  
pro sua  
gente  
petiturus,  
I, 8-9; II, 5.

Post hec abiit sanctus iuvenis ad terram nativitatis sue, et edificavit sibi cellam que Enach Mydbren dicitur, ibique mansit per tempora<sup>6</sup>, atque fecit multa miracula.

5. Quodam alio tempore, cum esset ibi, accidit ut rex Momoniensium, congregato magno exercitu, attemptaret pervadere<sup>1</sup> fines Midie atque Nepotum Neyl, ut sibi tributarios faceret. Quod audiens rex terre illius, in dubium habens belli futuri negotium, misit nuntios ad sanctum Aydum, ut treguas<sup>2</sup> pacis a rege Momonie optineret sibi usque ad annum. Tunc sanctus Aydus ad regem Momonie accessit, ut pacem cum illo<sup>3</sup> haberet. Factum est autem, cum iter filius

pacis ageret, ut una rota currus eius frangeretur. Mirum quoque est quod accidit, quia currus altera sola rota suffultus sine impedimento aliquo per viam currebat. Et cum ad locum iuxta exercitum sic perveniret, mirabantur ultra modum, videntes currum cum una rota incedere. Propter ergo admirationem, virum Dei cum honore magno receperunt. Cumque de negotio pacis tractaret cum rege, nullo modo ab eo optinuit, quin super inimicos suos irrueret. Dicebat enim: «Ex quo hanc multitudinem in unum congregavi, non revertetur in vacuum.» Frustrato igitur pacis negotio, reversus est homo Dei ad sua. Et ecce ira Dei super regem superbum statim desevit; nam unus de amicis suis carioribus mortuus est, et terra aperiens se deglutivit duos equos, quos sub curru suo rex ipse habebat. Tunc rex, timore non modico perterritus, misit post virum Dei nuntios ut rediret, promittens se impleturum quecumque ei preciperet<sup>4</sup>. Cumque vir pius ad regem reddisset, ecce de leone factus agnus, prostravit se ante pedes equorum currus viri sancti. Et ter sic se in terram prosternens, ter super eum transivit currus viri Dei. Tunc sanctus episcopus Aydus ait ad regem: «Quia tribus vicibus te humiliter prostrasti, tres reges de stirpe tua consurgent. Et quot vicibus hoc fecisses, tot reges essent de genere tuo.» Cui rex ait: «Ecce habes huius anni pacem, quam postulasti.» Et respondit ei sanctus: «Rogavi Dominum, et dedit mihi non unius anni pacem, sed usque ad diem iudicii, quia potestas vestra super gentem meam de cetero non erit.» Tunc rex ad eum ait: «Rogo te, vir sancte, ut specialem meum amicum, quem in mortem<sup>5</sup> misisti, iterum a morte revoces.» Precibus igitur eius pater pius inclinatus, Dominum omnipotentem oravit; et, signo crucis Christi super defunctum edito, mox surrexit ac, veniam a viro Dei postulans, regis duriciam increpavit. Tunc rex, tantum miraculum pro prima sui petitione factum videns, ad secundam se convertit dicens: «Rogo insuper pietatem tuam, ut sicut coram te merui exaudiri in prima mea supplicatione, scilicet ut dilectum meum amicum resuscitares, ita et in resuscitando equos meos.» Cui sanctus episcopus Aydus ait: «Unus ex eis vivus ad te revertetur; alter vero non, sed manebit in terra, et stagnum aquarum multarum erit super eum in testimonium virtutis Dei.» Et sic factum est, sicut dixit sanctus. Est enim ibi stagnum usque in hodiernum diem, et vocatur stagnum Gabre. Quare dicitur Loch Gabra? Propter equum ibi sepultum sub terra.

iter  
conficit  
curru  
una rota  
suffulto.

iter  
conficit  
curru  
una rota  
suffulto.

Rex  
ob pacem  
negatam  
punitur.  
Cf. Isai.  
55, 11.

sed facti  
paenitens,

E

generis sui  
futurum  
decus  
audit;

regis  
amicum  
equumque  
unum  
sanctus  
resuscitat,

F

equo  
altero  
undis  
immisso.

Messoribus  
Aidi  
pluvia  
parcit.  
I, 10; III, 6.

Cf. Ps. 67,  
10.

<sup>3</sup> cum R 1 et ante corr. R 2.

<sup>4</sup>. — <sup>1</sup> sic codd. — <sup>2</sup> om. R 2. — <sup>3</sup> potenti codd. — <sup>4</sup> ccu sup. lin. R 1. — <sup>5</sup> et add. codd. — <sup>6</sup> sic codd.; forsitan supplenda vox multa.

5. — <sup>1</sup> vadere om. R 2. — <sup>2</sup> treguas R 2. — <sup>3</sup> illis R 2. — <sup>4</sup> perciperet R 1; pre ex per corr. R 2. — <sup>5</sup> morte R 2.

6. — <sup>1</sup> auptumali R 1; auptumali R 2.

VITA II

armentum  
pro  
mercede  
acceptum  
educenti.

Aidus  
adest.

Pro equis  
quos  
leprosis  
dederat,  
I, 14; III, 10.

alii  
submitti.

Moniali in  
continenti  
miro  
prodigio  
adest.  
I, 15; III, 11.

Cf. 2 Cor.  
6, 14.

Tres  
puellas  
a latronibus  
iugulatas  
I, 16; III, 12.

Ad  
amicum  
mortuum  
I, 11; III, 7.

per aërem  
transfer-  
tur;

eum  
resuscitat,

penitentia  
ut rursus  
moriturus  
impetrat.

Aqua  
in vinum  
conversa.  
I, 12; III, 8.

Cf. Ps. 103,  
15.

Munitori  
I, 13; III, 9.

7. Fuit quidam homo dives in terra illa ubi homo Dei manebat, qui sancto multa bona et terras multas dedit. Huic viro promisit sanctus Aydus, quod ipse daret ei sacrificium in exitu anime de corpore. Accidit autem ut sanctus Aydus esset in regione longinqua cum esset ille dives<sup>1</sup> mortuus. Quod cum vir Dei, Spiritu revelante, cognosceret, cepit ad locum ubi erat mortuus festinare. Cumque iter per quedam nemora agere haberet, ad votum suum festinare non potuit, quia ibi<sup>2</sup> equi cum curru a recto<sup>3</sup> itinere prepediebantur. Quod cernens sanctus Aydus dixit aurige: «Inclina caput tuum in sinum meum, ne aliquid quod paveas videas.» Et cum servus<sup>4</sup> magistro obediret, confestim currus cum equis a terra elevatus est in aëra, et sic per manus angelorum per multa terre<sup>5</sup> spacia deportatus est, quousque ad desideratam venerunt regionem. Descendens igitur<sup>6</sup> vir<sup>6</sup> Dei tamquam alter Helias de curru, ministrum suum ad domum defuncti destinavit dicens:

B «Vade, et dic defuncto viro: an ipse ad me veniat, an ego ad eum?» Abiit ergo puer ad domum hominis mortui, et dixit ei: «Misit me homo Dei Aydus episcopus ad te, querens: an ipse ad te veniat, an tu ad eum?» Statimque qui mortuus fuerat surrexit, et signans se signo crucis respondit et dixit: «Non ipse debet ad me laborare, quia magno itinere est fatigatus pro me, sed ego ad eum veniam.» Et hec dicens induit se, et pervenit ad locum ubi mirificus antistes stabat. Et salutantes se mutuo, dixit ei sanctus: «Quid modo vis eligere? An iterum in hac vita presenti mavis manere, an ad<sup>2</sup> locum unde existi redire?» Ille respondit: «Rogo te ut permittas me ire ad celestem mansionem, quam tu mihi meruisti ac dedisti.» Et tunc accipiens viaticum salutare de manu viri Dei, dormivit iterum in pace.

8. Quodam autem tempore pervenit sanctus Aidus ad cenobium quarundam virginum. Cum magna devocione virum Dei receperunt, dolentes quod dignum pro tanto hospite potum non haberent. Quod percipiens pius pater, compaciens bone voluntati earum, ait: «Afferte,» inquit, «mihi aquam de fonte proximo.» Que cum allata esset et ab eo in <Dei<sup>1</sup>> nomine benediceretur, mox mutata est in vinum optimum. Hoc vinum divinitus donatum letificavit corda bibentium atque in fide solidavit. Miraculum consimile, de mutatione scilicet aque in vinum, iam tertio operatus est sanctus Aydus episcopus.

9. Quidam fossator agrorum venit quodam tempore<sup>1</sup> ad eum, querens ab eo si sciret aliquem qui vellet fossam<sup>2</sup> erga domum suam vel castrum facere. Cui respondit episcopus Aydus: «Vade ad quendam amicum mihi specialem in tali loco, et fac ei fideliter artem tuam, et ab illo mercedem recipies.» Abiit ergo homo ad illum et fossavit arcem suam triplici fossa, que

hodie vocatur Raith mhBaill<sup>8</sup>, hoc est Arx Balbutiantis<sup>9</sup> vel Muti. Peracto igitur cuncto<sup>4</sup> labore, merces reddita est ei, scilicet plenitudo huius arcis de animalibus, quam<sup>5</sup> capere intra muros posset. Congregata quoque multitudine animalium, impletus est locus. Cumque ad plenum solveret homo precium, deduxit illum cum suis animalibus sanum usque ad fines alterius plebis. Relicto ergo homine cum peccoribus inibi, atque divite prefato ad sua reverso, ecce animalia illa huc illucque discurrunt, et nec unum quidem cum eo remansit. Cum autem miser homo lugeret et quid faceret nesciret, ecce videt quandam currum ad se venientem, in quo erat Aydus episcopus. Cui ille flebili voce dixit: «Ecce mercedem magni laboris mei perdidisti<sup>6</sup>; nam omnia animalia reversa sunt ad loca sua, nec unum quidem<sup>7</sup> mihi remansit.» Tunc pius pater descendens de curru Deum oravit, et ecce omnia animalia illa reversa sunt, ac si previo ductore alico<sup>8</sup> reducerentur, nec unum quidem animal de omnibus defuit.

10. Quodam alio tempore, cum vir Dei iter ageret, occurrunt duo leprosi qui duos <equos<sup>1</sup>> ad se vehendos ab eo postulabant. Tunc pius pater dedit eis<sup>2</sup> duos equos currus in quo ipse deportabatur. Ipse vero ibidem moram ad tempus trahens, dixit comitibus suis: «Expectemus hic interim, quo usque duo viri qui nos querunt ad nos venerint.» Et ecce post paululum temporis veniunt duo viri qui dicunt eis: «Numquid nostis locum ubi moratur modo sanctus episcopus Aydus? Nos autem de longinquo venimus dare ei hos duos equos.» Quibus unus de familia viri Dei respondit: «Hic est ille quem queritis, coram vobis.» Et obtulerunt ei duos equos indomitos, qui mox ut ad currum viri <Dei<sup>1</sup>> sunt aptati, mansueti et domiti sunt facti, <ac<sup>1</sup>> si ante iugum frequentarent portare.

11. Quodam die venit sanctus Aydus ad locum virginum que habitabant Drūym Ard<sup>1</sup>. Que cum magna devocione virum Dei hospicio receperunt. Intuens vero sanctus<sup>2</sup> virginem que ei ministrabat, intellexit quod in utero infantem gestaret. Tunc cito de loco illo surrexit, quia non erat digna societas luci gratie cum tenebris culpe. Illa vero culpe sue conscia, videns<sup>3</sup> se testimonio veritatis comprobata criminis ream, confessa est suum coram omnibus peccatum, et egit penitentiam. Quod cum vir Dei videret, acceptans<sup>4</sup> eius penitentiam, uterum<sup>5</sup> benedixit et statim infans<sup>2</sup> in utero evanuit quasi non esset.

12. In illo tempore puella de illo monialium cenobio iverunt, ut lactis annonam<sup>1</sup> ad virgines Christi deferrent. Quidam autem latronculi de latebris suis assurgentes puellas illas occiderunt et capita illarum secum portaverunt. Quod factum, Spiritu revelante, vir sanctus agnoscens, ad locum ubi corpora puellarum iacebant perrexit, ut capita puellarum ad corpora reportare

7. —<sup>1</sup> (c. e. i. d.) c. i. e. d. R 2. —<sup>2</sup> om. R 2. —<sup>3</sup> (a. r.) arcto R 2. —<sup>4</sup> super codd. —<sup>5</sup> terra R 1. —<sup>6</sup> om. R 1.

8. —<sup>1</sup> om. codd.

9. —<sup>1</sup> (q. t.) sup. lin. R 2. —<sup>2</sup> fossa codd. —<sup>3</sup> Balbuticis R 2. —<sup>4</sup> tanto R 2. —<sup>5</sup> quantum

R. 2. —<sup>6</sup> perfidi R 1. —<sup>7</sup> in marg. R 1. —<sup>8</sup> sic codd.

10. —<sup>1</sup> om. codd. —<sup>2</sup> om. R 2.

11. —<sup>1</sup> Druymard R 2. —<sup>2</sup> om. R 2. —

<sup>3</sup> vides R 1. —<sup>4</sup> acceptas R 1. —<sup>5</sup> iterum R 2.

12. —<sup>1</sup> annona R 2.

valeret

VITA II valeret<sup>2</sup>. Latrunculi autem nutu Dei in quodam loco sic detenti fuerant, ut nec pedem ultra locum illum valerent movere. Intuens autem pater pius miseros illos peccatis suis sic irretitos<sup>3</sup>, super crudeli facto suo increpavit eos. Et illi penitentiam agentes<sup>4</sup> rogaverunt eum ut permitteret eos abire. Qui reddens bonum pro malo permisit libere abire. Ipse vero cum capitibus puellarum reversus est ad locum ubi corpora manebant. Et cum aqua non esset prope ad lavanda capita, ipse humo sicum crucis imprimens, statim fons vivus de terra erupit, qui usque hodie Fons Puellarum vocatur. Postquam vero capita ibi sufficienter essent lota, et ipse ea corporibus suis congruenter aptasset, confidens de omnipotentia Salvatoris dixit: « In nomine Iesu Christi surgite. » Et statim quasi de sompno surrexerunt, et sua vassa cum lacte resumentes, ad cenobium suum non sine admiratione omnium pervenerunt.

Alienum capitis dolorem in se recipit. I, 17; III, 13. Cf. Matth. 26, 39.

Eius invocatione capitis dolores sanantur, quod et S. Brigida experia est.

Per aera cum curru suo transfertur. I, 19.

Cf. Ps. 90, 11. Scientia infusa.

Cibos consumptos in integrum restituit. I, 20; III, 15.

13. Quodam alio tempore venit<sup>1</sup> ad eum vir quidam qui dolore capitis vehementer vexabatur, et ait ad virum Dei: « O sancte Dei, nimio capitis dolore affligor. Rogo te ergo ut pro me ores Deum, ut vel hic dolor a me transeat, si possibile est, aut saltem ut tolerabilior mihi fiat. » Et ait ad eum sanctus episcopus: « Dolor tuus nullo modo poterit a te exire, nisi in me transferatur. Magnum premium doloris tui habebis, si patienter sustinueris. » Et ille respondit: « O sancte Dei, dolor iste supra vires mihi est. » Tunc sanctus misertus hominis infirmi et eius infirmitatem in se suscipiens, patienter sustinuit. Unde, ut ferunt periti, pro patientia sua in gravi illo capitis dolore promeruit, ut quicumque in nomine sancti Aydi invocaverit in dolore capitis Trinitatem, sanabitur. Sancta enim Brigida, cum<sup>1</sup> gravissimo capitis dolore laboraret, invocans nomen sancti Eydi<sup>2</sup> episcopi, mox sanata est et usque ad finem eandem passionem non sensit. Quod ipsa veridica attestazione solebat asserere, dicens quod: « Invocatio nominis sancti Aydi<sup>3</sup> episcopi<sup>1</sup> a gravissimis capitis mei doloribus me sanavit. »

14. Quadam vice, cum iter ageret in finibus Laginie in curru sedens, pervenit ad quoddam nemus, quod equi propter sui densitatem transire non valebant. Ne enim<sup>1</sup> via eius impediretur, divina potentia elevans eum in curru suo cum equis in altum, <per<sup>2</sup>> aera translatus est usque ad alium locum. Sic enim comitabatur servum suum frequenter in viis suis. Hic dum plurimorum esset magister discipulorum, ipse tamen, ut ferunt periti, nec literas didicit, nec in terris magistrum habuit<sup>3</sup>, sed intus<sup>4</sup> erat qui eum docebat.

15. Sanctus quoque Ayduus episcopus aliquando venit ad cenobium quarundam virginum, que pro sancto Kerano Cluaynensi paraverant prandium, cuius adventum sperabant illo die. Cena autem quam paraverunt erat ovis una cum pau-

cis panibus <et vasculo<sup>1</sup>> cervisie non grandi. D Tunc virgines in arcto erant posite, cui scilicet prandium illud darent, an presenti tam nobili hospiti, an sancto Kerano mox superventuro? Sed instigante spiritu sanioris consilii, illud <quod<sup>1</sup>> pro sancto Kerano paraverant, dederunt sancto Aydo episcopo. Finito autem prandio atque graciaram actionibus cum devotionibus celebratis, sanctus episcopus dixit virginibus: « Colligite hec ossa ovis et ponite in unum locum; et similiter hoc vasculum, in quo fuit ille liquor quem nos bibimus, ponite ubi prius fuit. » Et cum hec omnia completa essent, statim inventa est illa cena integra ut prius atque illibata, quasi nihil esset tactum de ea. Ex hinc cibis celitus datus fuit sufficiens pro sancto Kerano reficiendo.

16. Quodam alio tempore erant<sup>1</sup> simul in unum sanctus Ayduus episcopus et sancta Brigida virgo, de hiis que ad edificationem sunt animarum sermocinantes<sup>2</sup>. Inter<sup>3</sup> cetera autem vite spiritualis colloquia, dixit vir sanctus ad eam: « O Brigida, numquid<sup>4</sup> potes mihi librum evangeliorum Christi praestare? » Que respondit: « Non est mihi hoc facile, sed Deo cui<sup>5</sup> omne verbum est possibile. » Tunc expandens sancta Brigida manus mundas in oratione, oravit<sup>6</sup> simul cum ea sanctus Ayduus<sup>7</sup>, et mox obtinuerunt illud pro quo oraverunt. Demissum est enim de celo evangelium in sinum sancte Brigide, et dedit illud sancto Aydo<sup>8</sup>, gratias agentes<sup>2</sup>, Deum pro tanto dono collaudantes.

17. Alio quoque tempore venit homo Dei ad cenobium quarundam virginum, ut eas bonis moribus adornaret et exemplis in fide solidaret. Erat quoque apud eas domus quedam de novo<sup>1</sup> facta, sed nondum tecta; grandi tamen nive cadente, videbatur quasi tecto<sup>2</sup> cooperta. Et dixerunt ad eum: « Ecce domus ista quam vides, pater, sub nive nuda habetur, et tamen quasi tecta apparet. » Quibus pius pater respondit: « Domus hec, quam nive videtis vestitam, sic permanebit per tempora longa<sup>3</sup>, donec<sup>4</sup> ipsa domus pre vetustate corruat. » Et sic factum est; nam domus illa nive tecta per multa tempora duravit, nec ignibus ibi accensis, nec calore solis potuit nix illa liquefieri.

18. In eodem quoque loco aliud miraculum per virum Dei est factum. Cum enim super quandam petram quodam die celestia contemplantaret, mox in suo corpore in celum rapitur et ibi quibusdam horis<sup>1</sup> permanens, postea descendit super eandem petram iterum. Et casula illa, qua indutus erat in elevatione in celum, adhuc in testimonium virtutis illius permanet in eodem loco.

19. Erat quedam puella Deo et sancto viro Aydo devota, quam quia vir quasi<sup>1</sup> Bellial alter in uxorem habere non valuit, rapere presumpsit. Quod cum ad notitiam pii patris<sup>2</sup> pervenisset, mox succingens se post eum properavit.

16. —<sup>1</sup> erat R 1. —<sup>2</sup> sic codd. —<sup>3</sup> in R 1. —<sup>4</sup> numquam R 2. —<sup>5</sup> tibi R 2. —<sup>6</sup> oravitque codd. —<sup>7</sup> Ayduus R 2. —<sup>8</sup> Aydo R 2.

17. —<sup>1</sup> nova R 1. —<sup>2</sup> tota codd. —<sup>3</sup> (p. t. l.) p. l. t. R 2. —<sup>4</sup> domus codd.

18. —<sup>1</sup> horis R 2.

19. —<sup>1</sup> qui codd. —<sup>2</sup> om. R 2.

Evangelia caelitus demissa per S. Brigidam accipit. I, 21.

Cf. Eph. 4, 29.

Cf. Luc. 1, 37.

Cf. 1 Tim. 2, 8.

Domus nive pro tecto cooperta. I, 22.

In caelum rapitur. I, 23; III, 16.

Cf. 2 Cor. 12, 2 et 4.

Puellam resuscitat. I, 24; III, 17.

Raptor

<sup>2</sup> valerent ante corr. R 2. —<sup>3</sup> irritos ante corr. R 1; irretitos R 2. —<sup>4</sup> egentes R 2.

13. —<sup>1</sup> om. R 2. —<sup>2</sup> sic codd. —<sup>3</sup> (n. s. A) s. A. n. ante corr. R 2.

14. —<sup>1</sup> sic codd. —<sup>2</sup> om. R 1; in R 2. —<sup>3</sup> habuerit codd. —<sup>4</sup> iustus R 2.

15. —<sup>1</sup> om. codd.

A Raptor vero cum ad loca deserta pervenisset et stramina quaedam pro habitaculo sibi edificando colligere studuisset, mox reddiens<sup>3</sup> invenit puellam mortuam. Stupefactus est miser homo in se, et quo se divertit<sup>3</sup> nescivit. Et tunc ex improviso supervenit<sup>4</sup> vir sanctus, qui peccatorem increpans et vivis rationibus convincens, tandem ad satisfaciendum pro tanto facinore induxit. Sic enim satisfecit ut, contemptis omnibus monialibus, iam monachus fidelis viri sancti foret. Ad puellam vero iam mortuam se convertens antistes ait: «In nomine Iesu Christi surge.» Et statim quasi de sompno surrexit. Unde in utroque sexu grande hic factum est miraculum, sed magis in viro, quia resuscitatus in anima, et minus in femina, que solum resuscitata in carne propria.

Cf. Act.  
3, 6.

Cf. Eccli.  
39, 19.

*Saxum prodigio transfert:*  
I, 25; III, 18.

Cf. 1 Tim.  
2, 8.

Reversi sunt hii tres cum gaudio laudantes Deum in operibus suis.  
20. Quidam fossatores circa locum viri Dei fodientes invenerunt grande saxum in fossa, quod<sup>1</sup> nulla arte deponere valuerunt. Et quod fortitudo populorum non potuit, oratio pura sancti presulis optinuit. Oratione enim premisa, saxo licet grandi imperavit ut ad alium <locum<sup>2</sup>> se transferret, ubi nulli de cetero noceret. Et statim, quasi rationis esset particeps, saxum illud grande iussioni viri sancti obediit, et ad alium locum se transtulit; ubi adhuc permanet et vere credentibus sanitatis remedium contra multos morbos prestat.

*itemque stagnum,*  
I, 26-27;  
III, 19.  
Cf. 2 Cor.  
6, 14.  
Cf. Ps. 25, 8.

Cf. Luc.  
24, 11.

21. Erat prope locum habitationis viri Dei quoddam stagnum, in quo<sup>1</sup> erat insula, que refugium prestabat frequenter malefactoribus. Cumque lucis ad tenebras non esset conveniens societas, rogabat<sup>2</sup> ipse filios tenebrarum ut ab illo loco discederent atque locum habitationis alibi quererent. Sed servi iniquitatis velut deliramenta verba sancti presulis reputantes, in eodem loco cum iniuria Dei inhabitabant. Perdurantibus vero eis in sua malitia, dixit adhuc homo Dei: «Si nolueritis<sup>3</sup> de hoc loco recedere, stagnum, in quo confiditis, recedet a vobis. Etsi vos inobedientes sitis<sup>4</sup>, stagnum tamen hoc, in quo fiduciam<sup>5</sup> habetis, obediens mihi erit et fugiet a vobis. Et sic nolentes ibitis<sup>6</sup>.» Cumque perdurarent in malitia sua, ecce stagnum illud profundum, tanquam alterum Mare Rubrum, locum suum reliquit nocte quadam, ita quod ultra ibi non comparuit. Et ut ferunt<sup>7</sup> antiqui, hoc stagnum miraculose ad preces viri Dei de Momonia ad Connaciam<sup>8</sup> translatum est. Et quia in nocte translatum est, Noctis vocabulo in ydiomate terre nominatur. Hoc tempore quo transferebatur stagnum, accidit quandam prophetam, qui Becc mac De dicebatur, venisse ad fines illos per quos stagnum sequenti nocte perducendum erat. Qui dixit hominibus illius regionis: «Cavete,» inquit, «ne quid de vestra substantia sit in hac terra nocte sequenti. Veniens enim veniet stagnum aquarum multarum per hos fines impe-

Exod. 14  
et 15.

*uti propheta quidam prænuntiaverat.*

Habac. 2, 3.

C quo fiduciam<sup>5</sup> habetis, obediens mihi erit et fugiet a vobis. Et sic nolentes ibitis<sup>6</sup>.» Cumque perdurarent in malitia sua, ecce stagnum illud profundum, tanquam alterum Mare Rubrum, locum suum reliquit nocte quadam, ita quod ultra ibi non comparuit. Et ut ferunt<sup>7</sup> antiqui, hoc stagnum miraculose ad preces viri Dei de Momonia ad Connaciam<sup>8</sup> translatum est. Et quia in nocte translatum est, Noctis vocabulo in ydiomate terre nominatur. Hoc tempore quo transferebatur stagnum, accidit quandam prophetam, qui Becc mac De dicebatur, venisse ad fines illos per quos stagnum sequenti nocte perducendum erat. Qui dixit hominibus illius regionis: «Cavete,» inquit, «ne quid de vestra substantia sit in hac terra nocte sequenti. Veniens enim veniet stagnum aquarum multarum per hos fines impe-

<sup>3</sup> sic codd. — <sup>4</sup> super om. R 2.

20. — <sup>1</sup> om. R 2. — <sup>2</sup> om. codd.

21. — <sup>1</sup> quod ante corr. R 1. — <sup>2</sup> ragabat R 1. — <sup>3</sup> volueritis R 2. — <sup>4</sup> scitis R 1. — <sup>5</sup> fiduciam R 1. — <sup>6</sup> om. R 2. — <sup>7</sup> fecerunt R 1. — <sup>8</sup> Connaciam R 2.

22. — <sup>1</sup> exigens R 1. — <sup>2</sup> excederat R 1; Novembris Tomus IV.

rio sancti Aydi episcopi.» Et facta est hec revelatio illi propheticæ, ne aliquod gravamen per preces sancti Aydi incurrerent incole illius regionis.

22. Quodam alio tempore venit quidam debitor cuiusdam magi ad virum Dei, a quo exigebat gregem porcorum. Et cum facultatem reddendi tantum debitum non haberet, rogavit sanctum Aydum ut inducias a mago sibi posceret. Exiens<sup>1</sup> pius pater cum eo ad magum, inducias aliquas non optinuit. Cuius enim filius erat, eius opera, scilicet impietatem, exercebat<sup>2</sup>. Et cum filius vere pietatis a mago aliquam indulgentiam non optineret, ait ei: «Veni mecum, et ego reddam tibi debitum pro eo.» Venit ergo magus cum homine Dei, et dedit ei gregem porcorum. Quo accepto, cum gaudio rediit ad suos; ducebat enim secum optimum<sup>3</sup> gregem porcorum<sup>4</sup>. Et cum ad domum suam venisset, aram<sup>5</sup> suam diligenter clausit super eos. Cumque mane venisset<sup>6</sup>, domum diligenter clausam sicut reliquit invenit, sed porcos non comperit. Sic ergo ars benignitatis delusit artem malignitatis, ut nusquam comparerent illi porci.

23. Alio tempore venit princeps terre illius que Tedpha dicitur cum grandi exercitu ad devastandum fines Midentium<sup>1</sup>. Cuius impetum timentes illi, miserunt ad episcopum Aydum, ut rogaret eum ne noceret eis. Cumque filius pacis properaret ut verbum pacis inter plebes illas seminaret, timens superbus regulus ne vir Dei conatum suum impediret, ait ad suos: «Surgite, eamus, priusquam episcopus veniat Aydus.» Ad cuius imperium properantes ceteri implendum<sup>2</sup>, equites multi antecedeabant ad flumen, quod dividit inter duas plebes, et, intrantes illud, equorum steterunt immobiles quasi lapides, nec movere se potuerunt. Tunc sanctus Aydus venit ad regem et increpavit eum dicens: «Fallere me voluisti, quasi nescirem consilium tuum. Revertimini in terram vestram, ne vobis deterius eveniat; quia necque vos necque equi vestri de hoc loco ulterius poteritis exire.» Tunc in se turbatus penitentiam egit, rogans ut equi illius solverentur. Quod cum fieret, reversus est cum suis in regionem suam.

24. Quadam die, cum vir Dei in itinere ambularet, occurrit ei infortunatus<sup>1</sup>, qui tristis ac lugens nimis erat. Et benedixit<sup>2</sup> viro Dei infortunium suum: «Ecce habeo decem vaccas, sed earum vituli a lupis devorati sunt, excepto uno. Rogo ergo te ut declines ad domum ad benedicendum eas, quia post <vitulos<sup>3</sup>> multum delirant, et usum lactis earum nos perdimus.» Cui sanctus antistes ait: «Collige lutum quod baculo meo inheret, portansque illud tecum, ipso mixto cum aqua asperge vaccas tuas et vitulum quem habes.» Quod cum fecisset vir<sup>4</sup> ille, statim omnes vacce ad illum solum vitulum superstitem, ac si esset proprius, cucurrerunt, tenerrime amantes eum<sup>5</sup>.

exercat R 2. — <sup>3</sup> optimam codd. — <sup>4</sup> et cum - super eos ante quo accepto - gregem porcorum R 2 ante corr. — <sup>5</sup> sic codd. — <sup>6</sup> veniens codd.

23. — <sup>1</sup> Midentium R 2. — <sup>2</sup> inplemum (in pluremum?) R 1; in pludem R 2.

24. — <sup>1</sup> fortunatus R 2. — <sup>2</sup> sic codd. — <sup>3</sup> om. codd. — <sup>4</sup> ante corr. virum (?) R 1. — <sup>5</sup> om. R 2.

VITA II

*Debitori pauperi adest,*  
I, 28; III, 20.

Cf. Ioh. 8,  
44.

*avarumque creditorem punit.*

E

*Rex sanctum audire renuens*  
I, 29; III, 21.

Cf. Luc.  
10, 6.  
Matth. 26,  
46.

*divinitus impeditur.*

Cf. Ioh. 5,  
14.

F

*Vitulorum defectus suppletur.*  
I, 30; III, 22.

VITA II  
Ut reum  
a supplicio  
seruet.  
I, 31; III, 23.

supra mare  
graditur.  
Cf. Matth.  
14, 25.

Homicida  
punitur.  
I, 32; III, 24.

Cf. Deut.  
32, 35.

Fibulam  
in mare  
protectam  
I, 33.

angelus  
refert.

Daemonem  
malum  
consilium  
suggeren-  
tem  
I, 34; III, 25.

videt et  
manifes-  
tat;

25. Fuerunt<sup>1</sup> duo fratres in terra Connacie, quorum unus instinctu<sup>2</sup> diaboli occidit alium. Cumque occisor ad regem ut penitureretur<sup>3</sup> esset ductus, parentes eorum ad sanctum antistitem<sup>4</sup> Aydum venerunt, miseriam suam allegantes<sup>5</sup> et dicentes: «Ecce nos miseri, duobus filiis nostris orbatī sumus. Nam unus occidit alterum, et ipse occisor ad regem ut occidatur ductus est. Succurre ergo miserie nostre.» Quorum precibus pius pater inclinatus, perrexit ad regem ut vinculum liberaret. Rex vero tunc erat<sup>6</sup> in insula quadam, qui suis mandaverat ut episcopum Aydum nequaquam<sup>7</sup> intrare permitterent. Hoc quoque vir sanctus intelligens<sup>8</sup>, in nomine illius qui sicis super undas maris<sup>9</sup> ambulavit pedibus, super aquas ascendit, et sic ad insulam siccis pedibus pervenit. Videns autem rex tantum miraculum per virum Dei perpetratum, resistere amplius non valuit, quin hominem ei concederet.

26. Crudelis quidam et infelix homo occidit virum unum iuxta currum sancti Aydi episcopi. Cui auriga eius increpans dixit: «Pereat manus tua et cadat de te in terram.» Cui sanctus Aydus dixit: «Huic viro misero bene fecisti. Nam in hac hora mortuus esset, nisi tu cum impatientia sermonem hunc<sup>1</sup> dixisses. Quando enim <homo><sup>2</sup> vult suam iniuriam vindicare, Deus non vult vindicare illam. Quia ergo hunc sermonem vindicie causa dixisti, dedit Deus illi inducias unius anni. Unde, completo anno, infelix ille morietur.» Quod totum est completum sicut propheta Dei predixerat<sup>3</sup>.

27. Quidam regulus de terra dedit cuidam sancte femine quoddam aureum instrumentum, quod spintrum vocant, ad custodiendum, et hec<sup>1</sup> prope eum<sup>2</sup> vir habitabat<sup>3</sup>. Cui cum dampna quidam male voluntatis inferre scrutans subpellectilem eius, ac illud<sup>4</sup> instrumentum inter alia reperiens, in mare, ut ipsa contunderetur, proiecit. Tunc illa in angustia posita ad sanctum Aydum properavit, narrans<sup>5</sup> ei quod factum fuerat. Tunc homo Dei Deum oravit, et confestim angelus Domini de maris profundo aureum illud instrumentum ad episcopum portavit, quod ipse mulieri condonavit.

28. Alio quoque tempore pervenit homo Dei ad regulum quendam, ut de manibus eius virginem unam, quam captivam habebat, liberaret. Sed rex non concessit eam, dicens quod nullo modo dimitteret eam. Cui ait sanctus: «Si videres faciem suggerentis<sup>1</sup> tibi hoc malum et docentis te in aure sermonem quem dicis, tu cito dimitteres mihi puellam.» Et respondens rex ait: «Si videro speciem illius, statim dimittam eam.» Cui sanctus ait: «Non poteris sustinere faciem illius pre sua turpitudine, si ostenderetur tibi.» Rex tunc ait: «Dimittam tibi ancillam, si mihi ostendis faciem illius inimici<sup>2</sup>.» Tunc sanctus signo crucis signavit eos et

ostendit eis hostis antiqui speciem. Quam ut<sup>3</sup> omnes viderunt, exterriti sunt valde et facti sunt velut mortui, et vix orationibus sancti viri erant confortati. Et sic rex turbatus ancillam dimisit liberam.

29. Simili modo, cum sanctus antistes Aydus intraret domum cuiusdam hominis, ecce mulieres parabant pro se pulmentum. Que videntes homines ex improvise super se venisse, pulmentum in quodam angulo domus absconderunt. Tunc pater familias adveniēns gavisus est valde de adventu tanti hospitis in domum suam. Cumque vir Dei intentissime respiceret locum ubi abscondebatur pulmentum, dixit ei hospes: «O sancte Dei, quid in illa parte domus sic sollicitè vides?» Cui sanctus ait: «Noli inquirere.» Sed cum instanter quereret, dixit ad eum antistes: «Mulieres fecerunt sibi pulmentum, quod in adventu nostro absconderunt. Et modo sunt multi demones lambentes illud et ludentes in illo.» Tunc hospes ait: «Ostende mihi, si placet, ubi sunt, ut videam eos.» Et ait sanctus: «Noli querere ut videas species demonum, quia nimis dire sunt.» Sed cum ille importune eum pulsaret ut videre valeret, ostendit ei illas horribiles species. Quas ut homo vidit cum suis, commutata est facies eorum et fere mortui sunt, nisi orationibus hominis Dei fulcirentur.

30. Quodam alio tempore, cum sanctus Aydus elevaretur in curru suo cum equis trans quosdam saltus, dixit aurige equorum: «Pone caput tuum in sinum meum, et oculos non aperias donec dicam tibi.» Quod cum auriga fecisset, audiens sonitum frondium arborum resonantium ad currum, oculum pre admiratione aperuit, et statim perdidit visum. Cui sanctus ait: «Quare contra preceptum meum oculum tuum aperuisti?» Et tunc dans signum salutiferum<sup>1</sup> crucis super oculum, statim sanatus est.

31. Erat quidam regulus in terra Momonie qui ancillam unam sancto Dei liberare volebat<sup>1</sup>. Cumque sic de potentia sua confideret et Deum pre oculis non haberet, divina ultione percussus lumen oculorum suorum amisit. Et quia vexatio solet dare intellectum ad emendationem delicti, ipse penitentiam<sup>2</sup> de sua culpa egit atque ancillam liberam dimisit, ac multas oblationes et agros sancto antistiti<sup>3</sup> dedit. Et quia pronior est Deus ad miserandum quam ad condempanandum, aperti sunt oculi eius.

32. A quodam alio rege simili modo petivit unam ancillam libertati dimitti, sed non optinuit. Reges enim semper erant sibi immites, sed divina virtute ei obedire cogebantur. Videns autem homo Dei quod nullo modo impetrare eam valuisset<sup>1</sup>, ait ei: «Filia, sequere me quando de domo exiero.» Exeunte vero domum viro Dei, nemo vidit eam cum eo euntem.

33. Fuit quidam homo infelix qui arte magica

Cf. Apoc.  
12, 9 et  
20, 2.

Cf. Matth.  
28, 4.

itemque  
alia vice  
I, 35; III, 26.

daemones  
de peccato  
gaudentes.

E

Per aerem  
cum  
curru suo  
transferetur.  
I, 36.

Rex sancto  
resistens  
caecitate  
percussus.  
I, 37; III, 27.

Cf. Isai.  
28, 19.

Ancillam  
libertati  
restituit.  
I, 38; III, 28.

Magi  
delusiones

25. — <sup>1</sup> ferunt R 2. — <sup>2</sup> instincti R 1. — <sup>3</sup> sic codd. — <sup>4</sup> antistem R 2. — <sup>5</sup> alligantes R 1. — <sup>6</sup> (t. e.) bis R 1. — <sup>7</sup> nequam R 1; nunquam R 2. — <sup>8</sup> sup. lin. R 2. — <sup>9</sup> in marg. R 2.

26. — <sup>1</sup> om. R 2. — <sup>2</sup> om. codd. — <sup>3</sup> pre sup. lin. R 2.

27. — <sup>1</sup> locus corruptus. — <sup>2</sup> nescio quid erasum R 1. — <sup>3</sup> ante corr. habitabant R 2. —

<sup>4</sup> (a. i.) ut alii R 2. — <sup>5</sup> narras R 1.

28. — <sup>1</sup> suggerentis R 2. — <sup>2</sup> inimici illius R 2. — <sup>3</sup> bis R 2.

30. — <sup>1</sup> salutis fere R 2.

31. — <sup>1</sup> volebat R 2. — <sup>2</sup> penitentia R 1. —

<sup>3</sup> antisti codd.

32. — <sup>1</sup> voluisset codd.

*manifestat.* homines deludebat, ita quod per medium <sup>1</sup> arboris videbatur pertransire. Cum autem a viro Dei signatus esset signo crucis, aperti sunt oculi eorum, et viderunt fallacem hominem curvatum circa lignum et non transire valentem <sup>2</sup>. Et qui prius homines alios <sup>3</sup> deludebat, ipse post ab aliis deludebatur.

*Homicidae divinitus mulctati.* 34. Malefactores quidam occiderunt aurigam sancti presulis in via quadam que Assal dicitur. Sanctus autem abiit tristis per viam suam usque ad aliam partem campi, qui Midensium dicitur campus; et sedens ibidem, venit ad eum angelus Domini dicens ei: « Nisi cito venisses de loco sanguinis effusi, terra deglutisset illos novem viros qui tuum occiderunt ministrum, et turris ignea ibidem esset accensa, que inextinguibilis <sup>1</sup> usque ad diem iudicii perduraret. Morte tamen pessima nona die peribunt illi novem crudeles viri. »

*Puellas sabbato vespere caput lavantes Aidus punit.* 35. Nocte dominice diei, videns vir <sup>1</sup> Dei quasdam mulieres capita lavantes, increpavit eas dicens: « Sabbatum est, non licet laborare. » Contempnentibus ergo mulieribus iussa sancti patris, ut ceperunt, capita sua laverunt. Mane vero de sompno surgentes, omnes capilli caput suorum ceciderunt, ita quod nullus capillus remansit. Tunc puella flentes atque comas suas lugentes rogaverunt sanctum antistitem ut eis in hac miseria succurreret. Videns misericors pater eas redire ad cordis contritionem super transgressionem quam fecerunt, benedixit eis aquam dicens: « Ignominiam <sup>2</sup> vestram hodie portate, et quia dies dominicus est non licet vobis capita ex hac aqua lavare. » Cumque crastino die capita sua ex illa aqua abluissent, ecce novis comis earum <sup>3</sup> capita mirabiliter sunt vestita atque ornata.

*Curru per aera transjertur.* 36. Alio tempore cum vir Dei esset in aequiliali parte provincie, que tunc terra Nepotum Neyl dicebatur, vidit in spiritu quosdam forefactores <sup>1</sup> devastantes ecclesiam cui ipse preerat in terra Momonie, cui nomen Enach Mithbren erat. Et mandavit aurige ut celeriter currum pararet ad iter. Cumque currum ascenderent, dixit sanctus puero: « Inclina caput tuum sub cuculla mea, et ne aliquid respicias. » Tunc currus cum equis in aera sursum rapitur, et in momento unius hore pervenerunt ad locum desideratum. Et tunc, Domino operante per suum sanctum, duo duces sathanice turbe que locum viri sancti devastaverunt, terre adhererunt; nec poterant pedem vel manum movere plus quam ymagines lapidee vel lignee. Hii autem sic animo et corpore suspensi, ut viderunt virum Dei ad se venientem, veniam petierunt, se et sua <sup>2</sup> optulerunt. Et facta pace cum hiis quos ante ibi leserant, restituti sunt sue sospitati. Et ipse vir sanctus iterum regressus <sup>3</sup> ad fines Nepotum Neyl ad locum suum.

*Latrones immobiles facti et conversi ad paenitentiam.* 37. Post obitum sancti presulis Aydi hoc miraculum factum est in eius nomine <sup>1</sup>. Fuit homo quidam fidelis in terra Momonie, qui multum sanctum Aydum episcopum amabat in vita sua. Hic preparavit cenam regulo terre illius ubi manebat. Preparato igitur liquore ad festum, nulla arte potuit fermentari. Quod videns pater familias, in se multum turbatus fuit, nesciens quid in adventu tanti hospitis aproximantis responderet. Tunc, Spiritu instigante, festinavit ad Crucem sancti episcopi Aydi, que fuit in propinquo loco, ubi vir Dei magnum antea miraculum fecit. Et ibi Deum ac sanctum suum devote orans et lignum illius crucis abradens et secum portans, invocato sancto Aydo episcopo, licori commiscuit. Et statim ut tetigit <sup>2</sup> vassa, liquor in omnibus vasis fervescens defluebat in terram. Et quod mirabilius est, vinum factum est optimum.

*Sanctus carnes in alios cibos convertit.* 38. Fuit quidam clericus fidelis apud ecclesiam viri sancti <sup>1</sup> que Enach Mydbren dicitur, qui reliquias sancti Aydi ab illo loco transferre voluit <sup>2</sup>, ne essent ibi inter peccatores. Portans igitur sanctum pignus harum reliquiarum secum, ignorantibus ceteris, imposuit eas humeris cuiusdam pueri et perrexit ad silvam propinquam, ubi quadam necessitate compulsus deposuit sacrum onus. Reversus igitur ad locum, nullo modo movere eas valuit. Tunc alio <sup>3</sup> accersito, nec ambo valuerunt movere. Ex hoc igitur miraculo perceperunt, quod contra voluntatem ipsius sancti fuit translatio ossium suorum de loco suo. Consilio ergo inito, idem puer ut onus leve portavit sacra illa ossa usque ad primum locum suum.

*Sanctus carnes in alios cibos convertit.* 39. Quodam tempore venit vir iste sanctus ad visitandum sanctum Riocum qui fuit sancti Patricii nepos. Erat enim filius sororis eius. Qui eum cum magno gaudio hospicio suscepit. Et cum esset tempus quadragesimale, non habens aliam escam quam coram hospitibus apponeret, apposuit carnes. Omnia enim munda mundis credebatur. Has ergo escas sanctus Aydus cum gratiarum actione su <sup>1</sup> cipiens benedixit, et de carnibus facti sunt pisces <sup>2</sup> et panes <sup>3</sup> et favus mellis.

*Cibi miraculo dati.* 40. Alio tempore venit sanctus Aydus ad Dynocum Dromma Rathe <sup>1</sup>, qui cum devocione <sup>2</sup> eum suscepit. Sed quod <sup>3</sup> coram tanto hospite de cibis apponeret, nisi aquam et holera, non haberet, supra modum doluit. Hec videns sanctus episcopus Aydus, coquinam licet vacuum intravit, ac in nomine largiflue divinitatis benedixit. Reddens vero ad fratres ait: « Surgat qui ministrare fratribus debet, et ferat cibos quos Dominus <sup>4</sup> eis contulit. » Intrans vero minister locum, reperit coquinam omni genere cibi plenam. De quibus fratres refecti laudabant <sup>5</sup> Deum et suum honorabant sanctum.

*Lignum ingens.* 41. Quodam alio tempore, sanctus iste perrexit ad visitandum sanctum Molassium <sup>1</sup> ab-

33. — <sup>1</sup> ante corr. dimidium, post corr. midium R 2. — <sup>2</sup> valentem scriptum post cetera in spatio relicto ead. man. ut videtur, sed minoribus litteris in R 1; om. R 2. — <sup>3</sup> aliquos R 2.

34. — <sup>1</sup> sic codd.

35. — <sup>1</sup> sanctus add. R 2. — <sup>2</sup> ignorantiam codd. — <sup>3</sup> eorum codd.

36. — <sup>1</sup> forefactores codd. — <sup>2</sup> et se sua R 1. — <sup>3</sup> sic codd., omissa voce est.

37. — <sup>1</sup> (factum - nomine) est in e. n. factum R 2. — <sup>2</sup> tetegit R 2.

38. — <sup>1</sup> Dei R 2. — <sup>2</sup> (t. v.) tusferre velut (sic) R 2. — <sup>3</sup> aliquo R 2.

39. — <sup>1</sup> pissces R 2. — <sup>2</sup> pane R 2.

40. — <sup>1</sup> (D. D. R.) Dynotum Droma Rathe R 2. — <sup>2</sup> devote R 2. — <sup>3</sup> sic cod. — <sup>4</sup> ei add. R 1. — <sup>5</sup> laudaverunt R 2.

41. — <sup>1</sup> Malachium R 1; Molassius R 2.

-batem

VITA II  
*fervescit*  
I, 43.

*et in vinum mulatur.*

*Reliquiae Aidi transferrit non possunt.*  
I, 44.  
Cf. Sap. 4, 10.

*Sanctus carnes in alios cibos convertit.*  
I, 45; III, 31.

Tit. 1, 15.

Cf. Luc. 24, 42.

*Cibi miraculo dati.*  
I, 46; III, 32.

*Lignum ingens*



VITA II  
suo  
imperio  
transfert.  
I, 47; III, 33.

batem de Dam Ynis<sup>2</sup>. Sic enim vocatur locus ubi ipse morabatur. Et cum insulam que sic vocabatur intrasset, invenit fratres variis laboribus occupatos, vepres scilicet et arbores magnas evellentes<sup>3</sup>, ut sic terram aptam cultoribus aptarent. Tunc sanctus Aydus, cupiens particeps fore laborantium, ait ad abbatem: « Quid operis faciam cum fratribus? » Et dixit ei Molasius<sup>4</sup>: « Opus tuum erit ut hoc grande lignum deponas. » Erat autem ibi ingens lignum super terram iacens, quod nullo modo a fratribus potuit amoveri. Tunc Aydus precepit in nomine Domini ligno ut discederet. Et statim elevans se in altum velut avis volans, silvasque ante se prosternens, proiecit se in stagnum propinquum. Fratres vero hoc videntes miraculum, Deum in suis operibus benedicebant.

Cf. Eccli.  
39, 19.

Locum  
aptum ad  
monasterium  
condendum,  
I, 48; III, 34.

42. Volens beatissimus iste Aydus cultum Dei ampliare, proposuit in quodam loco ecclesiam erigere. Et ait ad eum angelus Domini: « Si in isto loco manere volueris, erit hic tumultus secularium et modicum lucrum animarum. » Tunc dixit sanctus ad angelum: « Et ubi est locus in quo habitare valeam? » Et angelus ad eum: « Locus ille, in quo dives hic propineus tuus inhabitat, datus est tibi a Deo tuo. De illo enim loco multe anime migrabunt<sup>1</sup> ad celum. » Audivit quoque dives a quodam mago, quod domum suam ac possessionem cuidam clerico advenienti relinqueret, et ideo hostia atrii sui diligenter claudi iussit, ne sanctus Aydus in domum suam intrasset. Sed cui homo claudere portas conabatur, Deus aperire nitebatur. Uno enim dierum, nemine sciente aut vidente, ipse sanctus Aydus in castrum intravit. Quem ut hospes intrare prospexit, velut a facie tigris<sup>2</sup> cuncta devorantis fugit. Sed quia a facie cuncta regentis non potuit ire vel fugere, confestim in via qua fugit manu Cunctipotentis tactus decidit ipse <in<sup>3</sup>> gravem infirmitatem carnis. Quod vir Dei in spiritu intelligens, ait suis: « Ite et adducite illum infirmum ad me. » Et cum adductus esset, ait illi sanctus: « Crede, homo, in Deum et age de peccatis tuis penitentiam. » Et cum homo ad plenum hoc fecisset, ait iterum ad eum sanctus: « Elige tibi modo quod vis: utrum nunc ad regnum celorum ire valeas, an ulterius hic cum tuis vivere queas? » Ille vero optimam cum Maria partem eligens, viatico salutari accepto, obiit beatus<sup>4</sup>.

invito  
domino,  
mirabiliter  
sibi  
arrogat.

Cf. Luc.  
10, 42.

<sup>2</sup> Damh Ynis R 2. — <sup>3</sup> eullentes *codd.* — <sup>4</sup> sic *codd.*

42. — <sup>1</sup> prius mirabunt R 1, *litt. g sup. lin.*

— <sup>2</sup> igris *codd.* — <sup>3</sup> om. *codd.* — <sup>4</sup> sanctus R 2.

43. — <sup>1</sup> hoc *codd.*

44. — <sup>1</sup> Momoniensium R 2. — <sup>2</sup> pistifer R 1.

— <sup>3</sup> sic *codd.*

46. — <sup>1</sup> excidit Dei vel sancti ex utroque *cod.* — <sup>2</sup> (s. u. d.) s. d. u. *codd.* — <sup>3</sup> sic *codd.*, lege habitans.

43. Quidam pirate de terra Francorum ad Hiberniam venientes, rapuerunt quendam virum egregium Finanum. Ad hanc<sup>1</sup> quoque liberacionem, ascendens vir sanctus currum, festinabat. Et quia nimis festinantibus multa occurrunt impedimenta, ecce una rota currus eius contracta est. At ubi humana potentia non potuit prestare subsidium, divina presto fuit. Sola enim altera fulciebat currum rota, usque quo vir Dei pervenit ad mare, ubi piratas invenit ventis non secundis retentos, qui numquam a portu recedere valuerunt, donec Finanum dimiserunt.

Virum  
a piratis  
captum  
liberat.  
I, 49.

44. Quodam tempore in terra Momonientium<sup>1</sup> cisterna quedam venenata inventa est, de qua fumus pestifer<sup>2</sup> egrediebatur, qui pestem hominibus et iumentis per circuitum inferebat. Tunc plebs illa sanctum Aydum unanimiter rogaverunt<sup>3</sup> ut ab hoc periculo eos liberaret. Quorum precibus inclinatus, signum crucis super cisternam ponens, nusquam fumus ille nocivus apparuit.

Cisternam  
venenatam  
salubrem  
reddit.  
I, 50; III, 35.

Cf. Apoc.  
9, 2.

45. Sed ad plenam non sufficimus huius sancti presulis bona opera ac miracula membranis committere. Nullus enim narrare poterit eius perfectam caritatem, miram humilitatem, indefessam pacienciam, modestam lenitatem, rigidam abstinentiam, orationis sedulitatem. Deficient enim prius scribentis manus et carta, quam eius miracula et gesta.

Aidi  
virtutes  
I, 51.

46. Promisit autem sanctus iste cuidam ex fratribus, ut simul secum irent ad celestia gaudia. Unde hora exitus viri <Dei<sup>1</sup>> ad celum dixit illi: « Para te, frater, ut secundum factam conventionem mecum pergas ad celum. » Illo autem renitente et se imparatum protestante, ait rusticus quidam sancto: « Utinam, » dixit<sup>2</sup>, « mihi diceres tecum sic ire ad celum! » Cui sanctus ait: « Si vis, lava te et pone te mecum in lecto hoc. » Et cum hoc fecisset, obiit simul cum sancto. Quod in spiritu videns sanctus Columba apud I insulam oceani habitasset<sup>3</sup>, dixit: « Firmum est opus quod nunc sanctus episcopus Aydus fecit. Ecce nunc peccatorem penas merentem, suis meritis et orationibus secum ducit ad F celum. » Sanctus vero Aydus post Christum <cum<sup>4</sup>> suo latrone hodie migravit ad celum, ubi sine merore regnabit in eternum.

Peccatorem  
secum  
mortentem  
in caelum  
deducit.  
I, 52; III, 36.

Cf. Luc.  
23, 43.

Explicit vita sancti Aydi episcopi<sup>1</sup>. Cuius meritis deleatur culpa<sup>2</sup> scriptoris<sup>3</sup>.

— <sup>4</sup> om. *codd.*

Coronis. — <sup>1</sup> (explicit - episcopi) om. R 2. — <sup>2</sup> locus in R 1 valde indistinctus; culpa legit amicis noster T. R. Gambier Parry, unus e praefectis bibliothecae Bodleianae. — <sup>3</sup> (deleatur - scriptoris) cuius meritis deleatur dolor capitis scriptoris huius vite R 2. Cf. *Comm. praev. num. 18-19.*